



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 12. De obligationibus circa Extremæ vunctionis vsum,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

est de illius institutione taliter sentire: vt tales minime excludatur: præsertim cum nihil vrgeat in contrarium, sicut vrgere in sacramento ordinis, quod in suscipiente requirit manus non tantum ad vunctionem qua consecratur, sed etiam ad executionem operis, ad quod consecratur, vt ad Missam celebrationem.

## CAPUT VLTIMVM.

## De obligacionibus circa Extrema vunctionis usum.

## SUMMARIUM.

- 71 Obligatio ad huius cramenti susceptionem non est sub mortali.  
 72 Dicitur exceptio.  
 73 Dispositio ad eandem susceptionem per paenitentiam.  
 74 Quatenus o: l'g: tio sit, susceptori Extrema vunctionis premittere administrat onem sacramentorum Paenitentiae & Eucharistie.  
 75 Receptio Eucharistie post Extremam vunctionem.  
 76 De ordine sumendi sacramenta Panis entia, Eucharistie, & Extrema vunctionis cum infirmis est omnium illorum capax.  
 77 Ex officio Parochus & nonnunquam Episcopus tenet hoc sacramentum in iustitiae: atque solum ex charitate, vbi vicerque illorum deest.  
 78 Requisita in ministerio hoc sacramentum & ritus seruandi meo.

**H**V pertinunt quae latius tractat. Suarez to. 4. disput. 44. Quæ pro præxi quotidiana sufficiunt completemur sequentibus documentis.

71. Primum est: Ad huius sacramenti susceptionem fideles non obligari sub mortali. Nam talis obligatio neque sequitur ex natura rei, neque habetur ex aliquo præcepto. Prius patet, quia hoc sacramentum vile est quidem, non tamen nec sciatum ad salutem: & ideo per illius omissionem sine causa virgente factam, perdere eum fructum quem à tali sacramento profici habitum est in priore parte precedentis capituli quarti, censetur prædigatibus quadam spiritalis, que non est de se peccatum mortale, cum sine eodem fructu possit eterna salus obtineri. Posterior vero, hoc est, nec talis obligatio cum ex aliquo speciali præcepto haberet. Ex eo probat Suarez, quod nec a Christo, nec ab Ecclesia, quod plam tale impossitum Theologagiognoscant.

72. Secundum est: Ex accidenti possit in duabus casibus peccatum mortale in predicta omissione intervenire. Prior est ratiōne scandali, seu quando aliqui inde efficiacter inducent ad parvipendendum hoc sacramentum, vel ad generaliter negligendum remedia sua salutis: vel ad iudicandum temere, & cum publica detractione de salute spiritali proximi, & sic de similibus. Posterior casus est, quando ex contemptu sacramentum istud omittitur. De quo Concilium Trid. sess. 14. De Extrema vunctione cap. 3. his verbis: Nec vero tanti sacramenti contemptus absque ingenti scelere, & ipsius spiritus sancti iniuria esse posset. Ad quem contemptum aliqui putarunt sufficere, quod quis sciens & aduentus, directe nolit sacramentum hoc recipere. Sed Suarez vult talem quoque à mortali excusari posse: si ideo tantum nolit, quod se ad eam susceptionem sciat non adstringi sub mortali, & aliunde difficultatem ac repugniam sentiat. Qua sola de causa omittens, non dicetur committere ex contemptu propriæ dictæ, ad quod viterius requiritur, vt quis parvipendit sacramentum, & fructus eius: quod quidem vix potest cuiquam contingere, quin aliquo errore vel hæresi labore circa idem sacramentum.

73. Tertium documentum est: Cum istud sacramentum sit de numero eorum quæ dicuntur sacramenta viuorum, seu existentium in gratia, ipsum non esse suscipendum cum conscientia peccati mortalis. Vnde fit vt paenitentia, quam cum intentione debita rectaque fide prærequirit in infirmo (si infirmitas non admittit ei rationis vrum, & ille se mortali ter peccasse meminit) debeat esse contritio saltem existimata, perinde ac in predictenti num. 34. diximus de con-

firmatione: cum qua co[n]tra, quod institutum ad consummationem sacramenti paenitentia, sicut confirmationis ipsa ad perfectionem baptismi, conferendo scilicet gratia augmentationum.

Quatum est: Vt si receptum quidem esse, vt ante administrationem Extrema vunctionis administrantur sacramenta Paenitentiae & Eucharistie: non videri tamen peccatum mortale talem ordinem immutare, si id minime fiat ex contemptu. Hoc Suarez in cit. d. sput. sc. 1. num. 8. probat: tum quia talis ordo non est res admodum grauis: tum quia non est necessarius ex natura rei. Nam sine susceptione sacramentorum Paenitentiae & Eucharistie, infirmus potest per contritionem sufficienter disponi ad susceptionem Extrema vunctionis, sicut & Confirmationis, tanquam diuina gratia non ponens obicem: tum quia non invenitur ea de re præceptum indubitatum: nec item constat memoratum vsum, seu consuetudinem seruari sub apprehensione obligacionis: sed solum quia dispositio rerum ita postulat: cum sacramentum hoc sit excepitum, & duo alia quasi preparantium se ad exitum, deposito onere peccatorum & sumpto viatico.

Quicquid autem sit, retinenda est in præxi recepta consuetudo, qua prius administrantur infirmo Paenitentiae & Eucharistie sacramenta, quam Extrema vunctionis nisi quem infirmitas sic opprimat, vt nulla dans signa, non possit fieri particeps sacramenti Paenitentiae & multo minus sacramenti Eucharistie. Cuius suscepit alii quoque de causis potest in infirmo impediti, vt ob periculum vomitus, vel defectum iudicium sufficientis ad deuotionem, quam requiri tam digni sacramenti suscepit. Taliter in infirmo, in sua spiritali nec sitate subducitur per Extremam vunctionem, sine præmissione duorum illorum sacramentorum. Quod intellige iuxta dicta in proxime sequenti libro, num. 78 & 79.

Iam si remissa vi morbi, fieret illorum capax, deberent ei administrari. Nam extrema vunctionis sumptio non est impedimentum sumendi alia sacram, quando nihil aliud obstat. Et ita si infirmus post acceptam Extremam vunctionem labatur in peccatum mortale, non tantum potest, sed etiam tenetur sacramentaliter confiteri. Similiter si Eucharistia petat, etiamsi illam iam antecepit, non est ei neganda si nihil aliud obstat, prout notat in fine ciati numero octauo Suarez.

Quintum documentum est: Cum peccatorum mortali um confessio & Eucharistie sumptio sint in præcepto obligante sub mortali, pro mortis articulo, in quo confenda est extrema vunctione: si aliquando tantum periculum sit, vt timeretur non futurum tempus pro omnibus illis tribus sacramentis suscipiendis: primum omnium faciendam esse confessionem, non quidem truncatam, vt sit tempus susceptioni duorum aliorum sacramentorum: sed integrum cum præcipiatur non tantum fieri de omnibus mortalibus, quorum quis sibi confessio sit. Eam vero de præcepto debere Eucharistie præmitti, constat ex Concilio Trid. sc. 13. cap. 7. Præmittendam autem esse tunc Eucharistie sumptionem, Extrema vunctionis sumptio tamquam multo magis requisitum, patet ex eo quod sumptio ipsa Eucharistie tunc posita sit in præcepto: & ideo non tantum utilis, sed etiam necessaria sit ad vitandum peccatum mortale: si non aliud, saltem illud sub quo tale præceptum obligat. Sumptio vero Extremæ vunctionis, ne tunc quidem sit in præcepto, iuxta habita in principio huius capituli.

Sextum documentum est: Parochos solos teneri; per se loquendo, ad huius sacramenti ministracionem. Atq; quod ipsi de se teneantur, patet: quia ex officio, & ideo ex infinita, teneantur suis oibus ordinari: a remedia salutis suis ministrare, qualis sunt sacramenta quæ Christus pro omnibus fidibus reliquit: & quorum administratio est in Ecclesia ordinario vnu, quando secundum rectam rationem & opportuno tempore petuntur: sicut Extrema vunctione petitur ab agroto, qui gravi infirmitate laborans periclitatur de vita. Quod autem de se soli Parochi administrare teneantur, patet: quia alii non habent officium, ex quo oriuntur eiusmodi obligatio. Quamquam specialis ratio est de Episcopis, vt Suarez monet sc. 2. num. 2. cum ipsis quoque sint pastores ani-

marum: